

Paul Fuchs von

Sinceri Germani Epistola, ad Ludovicum Seldenum conscripta : qua Belli Gallo Belgici momenta expenduntur ; [Dabantur die 7./17. Aug. 1672.]

[S.l.], [ca. 1672]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn796462836>

Druck Freier  Zugang



Rb-5621 (3.)

~~Rk-1034-21.~~

Den Gesandten
DUYVEL

Erklärung und
Bekanntmachung

Die unterzeichnete Regierung hat
den Auftrag erhalten, die
den Gesandten zu übermitteln, dass
die in dem obigen Titel erwähnten
Artikel der Convention vom 17. April
1864, welche die Handelsverhältnisse
zwischen den Niederlanden und
den Provinzen der Union betreffen,
in dem Sinne zu verstehen sind,
wie er durch die beigefügten
Artikel erklärt wird.


Die unterzeichnete Regierung hat
den Auftrag erhalten, die
den Gesandten zu übermitteln, dass
die in dem obigen Titel erwähnten
Artikel der Convention vom 17. April
1864, welche die Handelsverhältnisse
zwischen den Niederlanden und
den Provinzen der Union betreffen,
in dem Sinne zu verstehen sind,
wie er durch die beigefügten
Artikel erklärt wird.

Die unterzeichnete Regierung hat
den Auftrag erhalten, die
den Gesandten zu übermitteln, dass
die in dem obigen Titel erwähnten
Artikel der Convention vom 17. April
1864, welche die Handelsverhältnisse
zwischen den Niederlanden und
den Provinzen der Union betreffen,
in dem Sinne zu verstehen sind,
wie er durch die beigefügten
Artikel erklärt wird.

Die unterzeichnete Regierung hat
den Auftrag erhalten, die
den Gesandten zu übermitteln, dass
die in dem obigen Titel erwähnten
Artikel der Convention vom 17. April
1864, welche die Handelsverhältnisse
zwischen den Niederlanden und
den Provinzen der Union betreffen,
in dem Sinne zu verstehen sind,
wie er durch die beigefügten
Artikel erklärt wird.

Die unterzeichnete Regierung hat
den Auftrag erhalten, die
den Gesandten zu übermitteln, dass
die in dem obigen Titel erwähnten
Artikel der Convention vom 17. April
1864, welche die Handelsverhältnisse
zwischen den Niederlanden und
den Provinzen der Union betreffen,
in dem Sinne zu verstehen sind,
wie er durch die beigefügten
Artikel erklärt wird.

Die unterzeichnete Regierung hat
den Auftrag erhalten, die
den Gesandten zu übermitteln, dass
die in dem obigen Titel erwähnten
Artikel der Convention vom 17. April
1864, welche die Handelsverhältnisse
zwischen den Niederlanden und
den Provinzen der Union betreffen,
in dem Sinne zu verstehen sind,
wie er durch die beigefügten
Artikel erklärt wird.



Sinceri Germani
EPISTOLA,
ad
Ludovicum Seldenum

conscripta:
quâ Belli Gallo Belgici momenta
expenduntur.

17.7. Aug. 1672.

DA 1034 - 21

SECT. I.
EPISTOLAE
LUDOVICUM SEBASTIANUM
CONSILII
PRAESESIS BELGICAE
EXPERIMENTUM



Sincerus Germanus

Ludovico Seldeno suo

S. P. D.

DUm silentium meum propè annum frequentibus literis purgare apud Te cogito, & tamen diem è die expecto, spe vacui temporis, non modò ut commodius, sed etiam ut uberius possem scribere, fecit, ut anteverteres, humanitas tua, quam ego pari doctrinâ conjunctam in amore semper habui. At epistola tua, quâ mihi jucundius nihil accidere potuisset, nonnihil tamen mihi injecit sollicitudinis, fecitque, quod ego accidere potuisse nunquam credideram, ut dubius aliquandiu hæserim, moremne tuo desiderio gererem, an amicâ ac prudenti declinatione illud eluderem. Ais: perculisse aures mentesque vestras feralis belli turbas, quibus passim Belgium affligitur, & cum otium, in quò vivis, non permittat, ut rationes, ac momenta horum

A 2

mo-

motuum aliunde curiosâ indagatione perquiras, ex me, pro vetere, quæ Nos inter est, necessitudine, scirecupis: quæ origo, quæ causæ hujus belli, unde tantæ Belgio Fœderato non ita pridem florentissimo clades ac calamitates, quæ circa hanc rerum conversionem reliquis Regibus, Principibus, Rebus pub. mens esse possit: quidnam Orbi Christiano inde sperandum aut metuendum? Majora hæc ferè sunt viribus meis, sanè pleraque non nisi ex eventu dijudicari possunt. Spectant enim ad arcana & abdita Dominationis, quæ ut curiosè involvi ac obtegi solent, ita scrutari illa semper arduum, ac anceps, sæpe etiam periculosum fuit. Sed ut sollicitus amor est, malui privatim apud te familiaritatis jure errare, quàm committere, ut ambigûâ excusatione fides erga te mea in dubium vocari posset.

Causas, hujus belli haud abs re perquiris, mi Ludovice, cum de iis celandis magis, quàm exponendis solliciti fuerint Galli. Invaluit hæctenus apud moratiores passim Gentes, ipsò naturæ gentiumque jure svadente, ut is, qui bellò alterum aggredi destinat, reliquos de justitiâ ejusdem, causis accuratè expositis, edoceat: Quod adeò plerisque usurpatum videmus, ut iniquis etiam cœptis æqvum tamen

tamen prætextum quærere, & causas si non justas, saltem justî colore tinctas proferre laboraverint, quasi verecundiam naturæ afficeret, injustè destinata absque fucò in hanc mundi scenam producere. Et fanè cùm ultimum malorum sit bellum, & quod reverà ad destructionem humani generis tendat, interest societatis civilis, illud non leviter aut quasi fortuitò suscipi. Omnia priùs experiri sapientem decet, quam armis, quæ ut plurimum neque parari possunt, neque haberi per bonas artes: Adeò ut barbaræ ac ferinæ immanitatis ab omni ævò damnati fuerint illi, qui ad arma armorum libidine provolarunt; & quibus

- - - - pro fœdere, proque
justitiâ est ensis:

quæriturque belli exitus, non causa.

Nec Gallis, cultissimæ Genti, hic mos ignoratus: Certè cum non ita pridem Provincias Belgii, quas Hispani possident, sui juris reddere decrevissent, non dubitarunt integros libros mole ac rerum varietate satis diffusos, pro jure Reginae, & justitiâ armorum inde deductâ, conscribere. At fortè Belgæ Fœderati fuere indigni, pro quibus is labor susciperetur. In belli quidem denunciatione, quæ typis vul-

gata, injuriã se à Belgis affectum Rex Christianissimus prodit. Idem Ministri Gallici ad externos missi Principes propalarunt, Belgasque uti violatæ gloriæ ac dignitatis Regiæ reos accusarunt. Sed de modo ac ratione læsionis altum silentium. Unum patet, quod fortè huc trahi posset, prohibitio scilicet quarundam mercium Gallicarum in Belgio, quæ commerciorum jura violata videri possent. Sed eam necessitate expressam, & in licito retorsionis jure fundatam causantur Belgæ ob violatas à Gallis fœderis Anno 1661. iniunctas leges, quibus commerciorum atque exactio- rum ratio inter utramq; gentem stabilita. Ego quidem neutri partium addictus, odiumque & gratiam procul habens, de justitia harum causarum non disputabo, aliorum esto judicium, ad justificas, an ad svasorias, an ad neutras referri debeant; id saltem monebo, quod nec tu, Amice, ignorare potes, fecisse Belgas id, quod jus Gentium simili in casu requirit. Nimirum obtulerunt ante bellum coeptum Regi Christianissimo æquam injuriarum reparationem, quas factas sibi docere posset; adeoque bellum, epistolâ submissè conscriptâ, quasi deprecari sunt. Sed ne quidem auditos esse constat: Adeo ut tanti Regis famam ac dignitatem, cujus sanè is

nè is prodigus haud est, lædere videantur illi, qui hos
quales quales prætextus ipsi suffecisse asserunt ad bel-
lum tantæ molis, tantorumque sumptuum suscipi-
endum. Sagaciores, & quibus ad abdita rimanda
oculi solitò perspicaciores, veram hujus belli cau-
sam ex aliò longè deducunt fonte, & quidem ex ar-
canò istò Hetrusci Politici, quo Principibus sugge-
ritur, illos quos consiliis ac cæptis suis adversaturos
sciunt, omni ratione evertere, ut iis sublati inof-
fensò pede progredi, & quò tendunt, pervenire que-
ant. Intererat Galliæ, Belgarum statum convelli,
eosque opprimi, quos perpetui obicis ac scopuli
instar futuros prævidebat, ad quem vasta, quæ medi-
tatur, consilia, & ingentis operis destinata frange-
rentur. Rem haud multum à verò abhorrere per-
pendenti ea, quæ paucis abhinc annis gesta, facile
patebit. Quam arctò olim fœdere Galli Batavique
invicem per integrum ferè seculum connexi fue-
rint, nemo est, qui ignorat. Diceres unam utrique
Genti fuisse mentem, eadem consilia, easdem ma-
nus, quibus imminentem libertati utriusque Hispa-
norum potentiam reprimerent. Gallus pecuniàm,
commeatum, arma suppeditabat; Belga vires, ho-
mines sanguinem: Et ut negari non potest, Gallos
multum

multum contulisse ad Belgarum libertatem ac magnitudinem, quâ hætenus inclaruerunt: ità etiam certum est, Belgas litavisse sanguine suò Gallorum commodis, gladiumque Gallorum cervicibus destinatum in propria recepisse viscera, adeò ut utilitas inde redundans reciproca fuerit. Sed habent odia ac amicitia Gentium, ut pleræque omnes res, suas vicissitudines, nec quicquam stabile aut firmum in hac rerum natura. Ità ferè accidit, ut plerique Principes ac Respublicæ omnia ex utilitate ac securitate suâ metiantur; ad quas, ceu ad lapides angulares, quibus salutis compages innititur, omnia referunt, nec fœdera, nec sanctissima fidei pignora, nec jus fasque ultra, quam illæ subsint, ligant. Duravit mutua hæc Gallos inter & Belgas necessitudo, quousque metus ab æmula atque prævalida Hispanorum potentiâ. At cum horum vires cladibus, defectione provinciarum, Æmulum machinationibus, imprimis verò internecinò hoc Bellò Belgicò prorsus attritæ essent, contra Gallorum indices crescerent, omnemque excederent modum, cum vasti ac supra cætera eminentis dominatus consilia quæ olim Hispani agitasse dicuntur, montes Pyrenæos transmigrasse, & in Galliâ fixisse sedem viderentur,

teritur, nec amplius, ut quondam, Hispani, sed Gallici nominis terror omnia completeret, tum demum pro mutata temporum sorte, etiam harum Gentium consilia, & Status rationes, ut vocant, immutatae. Belgæ verebatur Gallum, ut libertati ac opibus suis, modo auderet, insidiaturum, & ob id coercendum ne ulterius progredereetur; Gallus Belgam, ut molitionibus suis adversaturum, & ob id occupandum, tantòque incrementò ad reliqua viam sternendam ducebat. Id quod cum primis apparuit in bellò, quod non ita pridem Galli adversus Hispanos in Belgio suscepserant. Nam cum ex subactò à Gallis Belgio Hispanicò inevitabile sibi exitium imminere facile prospicerent Belgæ foederati, & præterea memores essent antiquissimi moniti: Gallum amicum habeas, non vicinum; omni nisu laborandum sibi duxerunt, ne destinata perficerent Galli, & societatis cum Anglorum Rege, cujus etiam intererat, vicinam potentiam tantà accessione non augeri, consiliis effecerunt, ut in mediò victoriarum cursu gradum sistere Rex Christianissimus cogereetur. Hinc prima offensio, cujus sensus eò acrior fuit, quo certiori spe Belgij Hispanici Provincias jam devoraverant Galli. Sed immane, quantum illa creverit cum

B

ad tu-

ad tuendas Pacis Aquisgranensis leges, & sui vicinorumque defensionem Belgæ Anglos Suecosque ad triplex istud foedus, cuius magnum quidem nomen, sed inane fuit, impellerent, aliosque Principes, ut ei accederent, sollicitarent. Quâ sane in re, quamvis non minus licitè quam prudenter egerint Belgæ, cum omnia consilia ad suam salutem vicinorumque securitatem dirigerent, & ne luxuriantes, atque ad aliorum exilium tendentes Gallorum conatus extra justæ orbitas continentiae evagarentur, laborarent, ne quicquam vero ut vel glebam terræ Regi Christimo eriperent, aut vel minimam ei in florentissimo Regno suo molestiam facerent: tamen dici non potest, quam hæc vastum ipsius animum pupugerint, ut nihil prius agendum sibi duxerint, quam molestos hos machinationum suarum Arbitros opprimere. Et ex hoc fonte vera nifallor hujus belli causa derivari potest, cui accessit spes certi successus ex proditione illorum, quos inter Belgas turpi mercede sibi conciliaverant Galli: & ex genio populi, mercaturæ, studio rei nauticæ ac opificio dediti, belli quod terra geritur ac rerum militarium rudis; tum & stimulus ingentis emolumenti ex devictis florentissimis his provinciis,

ciis, situ opibus, omnique rerum abundantia cuius
Regno præferendis: quarum accessione aucti faci-
le omnia, quæcunque spem ac aviditatem morta-
lium accendere possint, consecuturos, se sperabant.
Sed videamus obiter, quibus artibus rem destina-
tam perfererint. Quæ certe in re felicem Regis
Christianissimi genium cum pari prudentia ac sa-
gacitate conjunctum, haud satis mirari licet, certe
posteritas stupebit. Prævidebant facile Galli, quam-
diu triplici isto fœdere ligati tenerentur, Angli, Sue-
ci, Belgæque, nil quicquam magni momenti gerere
se posse: Hoc igitur prius dissolvendum erat, &
arma, quæ in perniciem ipsorum destinata, in ho-
stium convertenda jugulum. Vetus est dictum:
Cum unò ex tribus hostibus pacem, cum altero
inducias pangendas, cum tertio bellum gerendum.
Hoc egregie observatum Gallis: Anglos prius ag-
grediuntur, in quibus scilicet maximum momentum
erat ob vires eorum maritimas, absque quibus fru-
stra se oppugnatos Gentem mari prævalentem
coniciebant. Persuadent ipsis: nunc demum ve-
nisse tempus, quò injurias ac clades à Belgis variè
acceptas vindicare, quo Imperium Maris, quo com-
merciorum jura, & rerum maritimarum arbitri-

um, qua spectat sol oriens & occidentis, asserere possent. Et ne magnitudine periculi aut sumptuum deterrerentur Angli, offerunt vltro vires, arma, naves, pecuniam, quâ classis prævalida parari posset. Nec voto eventus defuit; oneratos his tantis promissis Anglos facile in belli societatem pepulerunt. Haud paulò difficilior de Suecis victoria fuit. Verendum erat, ne Gens bellò clara ad auxilia Belgis ferenda stimularetur, & ne hoc exemplo plures alii incitati arma pro defensione Belgij sociarent. Id ne fieret nullis parcitur sumptibus, nullis disertissimorum hominum persuasionibus. Offeritur Suecis major pecuniæ vis, ut otiosi exitum huius belli spectent, quam à Belgis ad arma paranda ac jungenda offerri potuissent. Et, in quo præcipuum negotiationis momentum, pertrahuntur ipsi, contra propria commoda ad fœdus, cuius finis unicus, ut reliqui omnes Principes ab ope Belgis præstandâ ostentatione armorum Suecicorum deterrerentur. Porrò cum expeditionis adversus Belgas facilior nulla videtur via, quàm quâ per Rhenum, Vahalimque ac Isalam ad intima Belgij transitur, eoque non nisi iuvantibus Electore Colonien-
se & Episcopo Monasteriense perveniri possit, uter-
que

que in belli societatem adsciscitur; ingenti Gallia
lucro, non tantum ob harum Regionum situm, ad
Belgas invadendos & arcenda, quæ forte è Germa-
nia acciri possent, auxilia per commodum, sed in-
primis quod hac ratione Potentes in Germaniâ
Principes, & ipsa Domus Bavarica, opibus ac au-
thoritate valens, causæ innecteretur suæ. Ad ean-
dem suscipiendam Elector item Brandenburgicus
promissis sollicitatur ingentibus: sed is, cum bellò
hoc non magis Belgio, quàm Germaniæ jugum pa-
rari, quâ pollet sagacitate, prævideret, ut est gloriæ
ac libertatis retinentissimus, commoda privata pu-
blicæ rei constanter posthabuit. Daniæ Regem &
Belgas inter, arctò hæctenus fœdere junctos, po-
mum Eridos emittere tentarunt Galli laudò quod
ex arbitrio susceptò pronunciavit Rex eò tempore,
quo jam bellum adversus Belgas decretum erat;
ut mirum non sit, Belgas in tantam pecuniæ vim
Danis damnatos, quæ scil. Gallia commodis cessit,
dum ad dissociandam utramque Gentem antea
junctissimam, & Belgas nummis exhauriendos im-
pendi debeat. Reliquis omnibus Principibus, quo-
rum intererat, Belgij statum non everti, persuasum;
eam minime mentem esse Regi Christ^{mo} ut Belgij

provincias occuparet, sed saltem ut gloriam à Belgis læsam digno aliquo facinore vindicaret. His ac similibus artificijs plerorumque manibus arma excussa, certe id effectum, ut cum omnia primo impetu prostrernere decrevisset, nemo vicinorum ad illum distinendum accedere posset. Deprehendes jam tandem, nî fallor, unde luctuosæ Belgio miserrimo calamitates. Nam quicquid habet terrâ marique virium Gallia, Britannia, magna ex parte etiam Germania, in Belgas effusum est, & torrentis instar illos inundavit, imparatos ab omnibus rebus, & omni externo destitutos auxilio. Accessit proditionis nefas, nec enim minus consiliô & pecuniâ, quam armis rem esse gestam constat. Adeò verum est auro omnia venalia haberi, patriam, libertatem, & si quid utraque sanctius. Ultima clades fuit à discordiâ illorum, qui ad Reipubl. clavum sedebant, & denique inscitia rei militaris, quâ effectum, ut necurbes munitissimæ rebus ad sustinendam obsidionem necessarijs instructæ essent, indeque nullo negotio occuparentur, nec militibus ob imbellem Præfectorum turbam pugnandi ardor aut studium.

Illud sane constat, nunquam ab Orbe terrarum condito tam potentem Rempub. omnibusque rebus

bus

bus & imprimis pecuniâ, nervo belli, abundantem
tam brevi temporis spatio eversam fuisse. Sed ad
ultimum, idque præcipuum, tuæ Epistolæ caput
progredior, ubi quæris: quæ reliquis Principibus
circa ingentem hanc rerum conversionem mens
esse possit, quid illis inde spei aut metus? Spem sane
exinde nemo, quisquis sit, concipere potest, nisi
falso sibi abblandiri velit. Solis hîc feritur Gallis,
nec Anglus, nec Colonienſis, nec Monasterienſis,
quorum tamen potissimum sanguine victoria parta
haud diutius eâ fruentur, quam Gallis videbitur.
Nam is leoninæ societatis finis esse solet. At metus
ex subactò Belgio ad omnes omnino pertinet. Quis-
quis novit Gallorum consilia, opes, vires, & quam
in immensum illæ vel unius è Belgicis Provinciis
accessione, ob stupendum illarum situm, & ingen-
tes opes auferentur, mecum profecto fatebitur,
calcato Belgio viam sterni Gallis ad Orbis Christi-
ani Imperium invadendum, sane ad rerum Euro-
pæarum Arbitrium, quod affectant, occupandum.
Nulli amplius limites, nulla claustra ambitionem
illorum frænabunt. Reliqui Reges, Principes, Res-
publicæ precarium trahent spiritum, qui ex nutu
ipsorum pendeat, cui si quis refragari ausit, conti-

nuo

nuo Lotharingæ Belgique fatum subire cogere-
tur. Et certe quicquid ad invadendum Orbis im-
perium desiderari possit, id Gallis adest. Copiis,
viribus, armis, opibus, commeatu abundant: Con-
siliis, astu sagacitate, quibus reliqua temperantur,
prævalent: Gens ipsa bellis assuetæ, & gloriæ mi-
litaris avida; Imperii forma ad unius nutum ad-
stricta, Regionis situs, validitas ac vis nullibi inter-
polata aut laxata, ad magna quævis audenda, vel
modestum animum propellere possent. Quod si
soliis Francici Regni tanta sit potentia, ut reverà
est, quid futurum putamus si opulentissimi Belgii
accessione augeatur: cujus unius situs ad tempe-
randa Orbis Imperij fræna accommodatus videtur.
Certe renovanda erit Alexandri M. querela, & ali-
us quærendus Orbis, ubi Gallorum statuatur tro-
phæa. Sed forte frustraneus hic metus, melius nos
sperare jubent Ministri Gallici, qui Belgas tantum
peti asserunt, reliquis verò securitatem largâ manu
spondent. O cœcas illorum spes, qui his præstigi-
is deludi se patiuntur. Syrenum hi cantus sunt, qui-
bus aures obstruendæ. Quam sanctè non ita pri-
dem iidem Gallici Ministri asseveraverint, Belgii Fœ-
derati statum non eversum aut mutatum iri, sal-
tem

tem de reparatione injuriarum agi, in recenti memoria est. At nuperis pacis conditionibus, Belgio oblati, tres integras provincias, claustra Rheni, Vahalis & Mosellæ sibi stipulatus est: reliquis non nisi vana libertatis specie relictâ, quâvis tristi servitute durioris. Inania sunt verba, ubi res ipsa loquitur. Potentiæ aviditas congenita est mortalibus, ad quam per fas nefasque per præcipitia quoque feruntur. Felicitas præterea modum nescit, & adeo dulce est omne in reliquos imperium, rerumque arbitrium, ut nisi appetitus, quo in illud ferimur, subtracto alimento, quasi vi coërceatur, nulla unquam eum satietas capiat. Nec Galli reliquis hominibus continentiores, & tantum abest, ut illorum lateat ambitus, quin potius sole meridiano clarior appareat. Patent consilia Henrici IVti moderni Regis Avi, quæ quamvis specioso prætextu libertatem publicam, & seculi aurei concordiam præse ferebant, revera tamen rerum Christianarum arbitrium complectebantur. Illi fatum obstitit præceps, quo minus destinata perficeret, at transmisit illa successionis jure ad Nepotem, in quem unum præterea, quicquid aliis Majorum suorum vel datum, vel negatum, fata contulisse videntur. Quis

C

porrò

porrò ignorat dogmata scriptorum Gallicorum, Auberij, Cassanæ, Anonymi cujusdam Dissertationem de Pactis Gallos inter Lotharingosque initis & aliorum, quibus patrimonium Regum suorum Orbem terrarum asserunt, eumque vindicandum suadens ab injustis possessoribus, & paulo minus quam prædonibus. Quid igitur cessant gentes quin cervices sponte submittant jugo Gallico, quod quondam excussum magni ipsis constabit, nec nisi ferro flammaque expiabitur. Ipsa Gallica instituta Lex Salica & Supremarum Curiarum scita, quibus possessiones Regni nunquam alienari, & alienatas semper revocari posse, nullò præscriptionis jure obstante, affirmant, vastum quid spirant, classicumque canunt, ad Orbis terrarum fundamenta convellenda Nam si repeti debeant, quæ Carolus M. aut quæ Galliæ Reges unquam possederunt, seu Galli jure successionis prætendunt, actum est de Imperatore Imperijque Principibus, de Regibus Hispanorum, Magnæ Britannæ, Daniæ, imo de ipso Pontifice Romano & Principibus Italiæ. Sed optima rerum magistra est experientia. Certè quid spirent Galli, res ab ipsis proximo sexennio gestæ abunde docent. Belli adversus Hispanos in Belgiò suscepti,

scepti alia nulla fuit ratio, quam quod Belgij Hispanici provincias, quibus diu jam inhiaverant, sub Rege minorene, & ab omnibus rebus imparato nullo negotio occupari posse sperarent. Ab hac spe ope Belgarum foederatorum depulsi, continuo ad hos subjugandos consilia mentemque converterunt, certi, quod devicto Belgio foederato, Hispanicum facillime, & quasi appendicis loco ipsis cefurum esset, quo utroque aucti ad reliqua perficienda, nil sibi defuturum, haud vanè credunt. Lotharingia occupata, & Dux ejusdem in exilium actus, documento sunt, miseram Principum esse sortem, si ob solas suspiciones, plerumque vanas, & ad delatorum libidinem ipsos avitis possessionibus deturbare liceat. At ex nullâ re liquidius de vastis Gallorum consiliis constat, quam ex insidiis, quas populo ac Reipub. Polonorum struunt. Nam quid juvaret, immensas opes, quarum alias Rex Christianissimus prodigus haud est, ad corrumpendos Reipub. istius Proceres profundere, vitæ, Regno ac libertati Regis Poloniæ, Principis omni culpâ aut noxâ in Gallos vacui insidiari, populum innocentissimum æternis involvere turbis, nisi id intenderetur, ut Princeps Gallicus (de Duce Longuevillano nuper

extincto constat) ad Regni istius habenas admo-
veatur, qui deinceps Imperatori in Silesiâ, Regi, Re-
gnoque Sueciæ in Livoniâ & Pomeraniâ. Electori
Brandenburgico in Borussîâ & reliquis ditionibus,
prolubitu Gallorum, negotium facefferet, si illi ho-
rum nutui refragari auderent. Adeò nec dissitæ
procul gentes ab ambitu Gallorum tute agere pos-
sunt. Sed nec mirum tantos spiritus Gentem gere-
re Gallicam, cum ipsi contigerit Rex, qui magnitu-
dine animi & gloriæ cupiditate nemine Regum ac
Principum, quotquot ab orbe condito fuerunt, in-
ferior est, adeò ut si ex vetere Pythagoræ disciplinâ
animarum transmigratio locum haberet, crederem
corpus ipsius ab Alexandri M. animâ regi. An hunc
gloriæ stimulis & ipsi occasione manum tendenti
cessurum credas? Mens potentia conscia, & impe-
rii in reliquos dulcedinem delibans, adulantium vo-
ta, cinctum fortibus viris latus, ad quid non impel-
lent? Primæ dominandi spes in arduò sunt, ubi fue-
ris ingressus, adsunt studia & Ministri. Sane in ma-
gnis animis ingeniisque una ea & vetus bellandi
causa semper fuit profunda cupido imperii: Maxi-
mam gloriam in maximo Imperio putant, pul-
chrumque ipsis fuit, ex omni occasione quærere tri-
umphum.

Bello.

Bellorum exuvia, truncis affixa trophæis
Lorica, & fractâ de casside buccula pendens,
Humanis majora bonis creduntur.

At demus eam non esse Gallorum mentem, ut omnia in ditionem redigant suam, (nec enim continere omnia possent, imperiumq; magnitudine laborans tandem mole rueret suâ) apparet tamen eos affectare in reliquos arbitrium eoque collimare ipsorum consilia, ut nil quicquam nisi ex nutu & ad voluntatem Regis Galliaë à Principibus geratur Christianis, quod an paulò minus servitute sit, alijs judicandum relinquo. Certè periculum inde redundans ad omnes omninò spectat, nec vel Religio vel foederum aut amicitiaë nexus hic ullum admittit discrimen. Diu est, ex quo vis ac subsidium Religionis ad ambitionem translatum, atque Deus & Majestas Cœli inter augendæ dominationis arcana posita, sicque simplicioribus illusum. Sane nec Hispanos nec Lotharingos ab insultibus Gallorum immunes, præstare potuit eadem, quam cum ipsis profitentur, religio Catholico-Romana. Foedera verò atque amicitiaë Gentium quam sint fallaces, quam faciliè rumpantur, experientia abunde testatur. Et quis ignorat aurati liminis genium ubi nil

est sincerum, omnia personata & ad fallendum facta. Pervicacissima ars aularum est amorem fingere & quanquam alio mercimonij genere dehonestari creditur familiarum claritudo, tamen amicitij fucatis augere rem, regium habetur; cessante utilitate, cessant foedera, sanctissimaque fidei pignora corruunt. Hoc, crede mihi, foederati Gallia cum exitu suo experientur: quamdiu commodis Galorum inservient, nullae blandiciae, nulla verborum lenocinia, nec spes invidiae deerunt: At si Gallia ipsorum ope haud amplius indigeat, aut si excussa aliquando caligine sibi sapere velint, aliud profecto ab amicitia Gallica, nullum reportabunt beneficium, quam quod Juris Consulti ORDINIS vocant: seu quod Ulyssi Polyphemus apud Poetam promittit: scil. postremum & post omnes devoratum iri. Angliae certe consilia hoc rerum statu prudentissimorum hominum fatigant ingenia. Creditum hactenus suscepti ab illis contra Belgas belli has potissimum fuisse causas, ut Principi Aurico vitae restituerent dignitates, ut Dominium maris largirentur Belgae, ut ultionem de Belgis ob clades Angliae illatas fumerent. Quae omnia, cum jam partim praeparata sint, partim sponte a Belgis offerantur, & tamen
nihil

nihilominus Angli Gallis mordiciter adhæreant, nu-
perque largiti sunt, ut Galli in conditionibus Pacis
retentionem Provinciarum, ab ipsis occupatarum
urgere, & præterea multa in necem Religionis,
quam Angli profitentur, patrare ausi fuerint, id ve-
rò stupet Orbis. Peritis rerum tantæ tamque ar-
ctæ conjunctionis nulla alia subesse videtur ratio,
quam ut ambo Reges totum occupent Belgium
fœderatum, idque inter se dividant. At debebat
Neapolitani quondam Regni divisio, inter Hispa-
nos Gallosque facta, monere Angliæ Regem, quid
à Gallis exspectare debeat, usu edoctis quæ circa isti-
usmodi divisiones gerere se debeant. Falluntur An-
gli, sagax cœteroquin natio, si hanc Gallorum ami-
citiæ diu duraturam credant. Non potest mun-
dus duobus solibus regi. Solus Galliæ Rex unius
Solis symbolum, quò nec pluribus impar censerit
vult, sibi vindicat; qui terræ Imperium affectat,
Maris sane Dominium alijs haud concedet. Certo
haud vane augurare ausim, Gallis nil quicquam an-
tiquius futurum, quam ut Anglos parte Belgij per
divisionem oblatâ deturbent, idque totum, qua fœ-
deratum, qua Hispanicum occupent, quò aucti An-
glis de possessione Regni sui, ne dicam de Dominio
Maris

Maris quæstionem movebunt. Nec vires huic rei
perficiendæ deesse possunt ei, qui omnia potest, &
qui jam Anglis in Dunquerçæ negotio dexterita-
tem suam satis superque probavit. Suecis jam sub-
oluisse credo, quorsum Galliæ machinationes spe-
ctent: non potest gens sagacitate pollens causam
effectus, quo Rex Christian^{mus} fovere illos videri
vult, ignorare. Non ita pridem cum Sueci Austru-
acis Belgisque favere viderentur, cum triplici fœde-
ri nomen darent, sollicitati in ipsos vicini, imo in
Galliæ consiliis agitatum constat, qua ratione ad
seditionem & civile bellum nonnulli Sueciæ Pro-
ceres concitarentur. At quam nunc omnia blan-
da, quam grata! Scil. intererat Galliæ, Suecos à tripli-
ci fœdere, atque auxiliis Belgio ferendis averti, tum
& per metum Suecicorum armorum Germaniæ
Principes ab ope Belgis præstandâ deterreri. In
hanc rem famosum istud fœdus pactum, seu poti-
us emptum. Sed Belgio subactò ridebunt Suecos
Galli, pecuniamque ex fœdere datam cum fœnore
repositent. Id ipsum Suecis imputabitur, quod
bellicæ gloriæ famâ inclyti sint; Impediendi enim
quavis ratione, ne Galliæ arenas aliquando turbare
queant. Nam hoc Belgas nuper ausos fuisse, exitio
ipsis

ipsis vertit. Nec Danos nec Helvetios, nec reliquos
Galliæ foederatos mitius exspectat fatum. Helvetii im-
primis ærario Franciæ graves sunt, quare calculus ita
ponendus, ut loco operæ conductitiæ quotannis ser-
vitium præstetur. De Hispanis & gente Austriacâ non
est agendi locus, jam tela in ipsorum necem compara-
ta. Belgium Hispanicum verso victoriarum cursu ex-
pugnandum destinatur: Conceditur ipsis breve respi-
randi spatium, ut mori se sentiant. Imperium Ger-
manicum dici jam Gallis per Auberij & aliorum argu-
menta vindicatum, nîl amplius super est, quam ut sen-
tentia executioni mandetur. Jam Rhenus, Mose sa-
que, Germaniæ claustra occupata; jam Electoris Bran-
denburgici, Amici Principis & qui nullius culpæ reus
est, quam quod libertatis ac dignitatis suæ vindex sit
acerrimus munitissimæ in Clivis Urbes tenentur. Re-
liqua per otium adjicientur. Et profecto non satis
mirari licet illorum Germaniæ Principum cœcita-
tem, qui cum verè & absolutè regnent in ditionibus
suis, cervices tamen sponte alieno ac duro jugo sub-
mittere malint. Tanti est bona ignorare sua. Du-
dum nos Hetrusci Policiti, & veterum exempla do-
cuerunt, Principes qui alienis Imperiis, in varios di-
stractis Dominos inhiant, conjunctos sibi minoris po-
tentia Regulis Majores oppressisse, quibus sublatis,
nullâ priorum foederum, nullâ auxiliorum, aut bene-
ficiorum habita ratione ambitiosas & avaras manus

D

ad

ad focios extenderunt. Sanè honores uni facti, affinitates, foedera, annuæ pensiones, fidei sunt sollicitamenta, hami toxicò illiti, & artificia, quibus sopiti, paucis deinde nummis, aut vanâ spe vendunt libertatē, montibus auri non comparandam. Quare quod unum adhuc superest salutis medium, & ad quod, ceu ad sacram anchoram, confugere debent, quotquot rem ac dignitatem suam salvam velint, cavendum omni nisu ne Inferiorum oppressione augeatur amplius res Gallica, neve in tantum evehatur fastigium, ut inde fulminis instar reliquos proterere possit; Quod cum singuli nequeant, omnibus audendum, adversus illum, quem metuunt omnes. Sane & boves instante lupò coeunt, capita & cornua jungunt, abeunte, quisque sibi pascit. Hoc bruta animalia instinctu naturæ; quid igitur homines cessant, quibus conservationem sui naturalis ratio commendat. In communi periculo, quale hic subest, consilia, vires, arma pro communi tutelâ socianda, cogendique hi Orbis **UNIVERSI CANDIDATI**, ejusdemque Hostes, ut vel inviti se continent, manusq; ab alieno abstineant. Qua in re ipsi Galli strenue Nobis præiverunt. Nam cum Hispanorum potentia omnibus formidolosa ac suspecta esset, id operam dederunt Galli, ut vix moverent se Hispani, quin universus Orbis, omnesque gentes arma induerant. Quare nec iisdem, spero frænari se artibus abnunt, quibus feliciter olim ad coërcendam æmulam Hispanorum

norum potentiam usi sunt. Communis hic omnium
vertitur causa, nec qui longius forte periculo abesse
sibi videntur, segniores ob id esse debent; sufficit, quod
& ipsos tandem illud correpturum sit. Scio quidem
difficilem esse rerum alienarum curam; quia magis ea
percipimus atque sentimus, quæ nobis ipsis prospera
aut adversa eveniunt, quam illa, quæ cæteris, quæ quasi
longo intervallo interjecta videmus. At ingenii ma-
gni est, præcipere cogitatione futura, & aliquantò an-
te constituere, quid accedere possit in utramque par-
tem nec committere, ut aliquando dicendum sit **NON**
PUTARAM. Anne satius foret, curare, ne Belgio poti-
rentur Galli, quam accessione ejus auctos, tantarumq;
possessione opum ferociores intra latibula nostra ex-
spectare. Pereunt sanè omnibus, quæ singuli amittunt,
& præstat utique extinguere incendium in vicini ædi-
bus, quam exspectare, donec nostras pervaserit. Serò
medicina parabitur, postquam violentius exarserit
flamma, quam nascentem haud ægre restinguas. Certè
momenta rerum gerendarum haud sunt negligenda,
quoties ab ijs tempus ac æternitas pendet. Nec vero
hæc ita accipi velim, quasi classicum adversus Gallos
canere, omnesque Christianos internecinò involvere
bellò, mihi constitutum. Habet Gens Gallica suas do-
tes, quas æstimo, est illis vivida ac læta indoles, magna-
rumque rerum capax; Et si omnia ipsi deessent, vel in
uno Ludovicò Rege, cujus ingentes, quæ corporis quæ
animi

animi dotes Orbis Univerſus ſuſpicit ac veneratur, præ cœteris
ſe efferre poſſet gentibus. Hoc Galli fruantur, in eò colendò om-
nem ambitum ſuum exhauriant: Imperet Iſ Galliæ ſuæ, fruatur
deliciis. Ejus; Nemo ſane erit, qui Ipſum injuriâ laceſſere
velit, aut vel glebam terræ Ei eripere tentet. At ſi pacem ac
quietem, quam univerſus terrarum Orbis anhelat, indulgere
ipſi nolint Galli, ſi omnium libertati ac dignitati inſidientur, non
agrè utique ferent, ut ſaluti ſuæ, cui metuunt omnes, proſpici-
ant, ferrumque, quod jugulo aptatur, quâvis amoliantur ra-
tione: Nam id æquum & honeſtum, & ipſa Officii ratio, quæ
Principibus incumbit, jubent. Meò quidem judicio major nulla
ac ſincerior Regi Chriſtianiſſimo gloria obtingere poſſet, quam
ex Pace, Belgio & Chriſtiano Orbi, metu commoto, reddi-
tâ. Sat jam parentatum vindictæ dignitatis, tot calamitatibus, quæ
bellum ſequuntur, tanti effuſione cruoris, cujus ſane ratio ali-
quando coram ſummo DEO reddenda, qui æqua lance prætex-
tum momenta expendet.

Si æterna ſemper odia mortales gerant,
Nec cœptus unquam cedat ex animis furor.
Sed arma felix teneat, infelix paret:
Nihil relinquent bella, tum vaſtis ager
Squallebit arvis, ſubditâ teſtis face
Altus ſepultas obruet Gentes cinis.


Nec fortunæ minus inſiſtendum, volubilis illa eſt, nec diu eò-
dem ſtat gradu. Simul parta ac ſperata decora unius horæ ictus
evertere poſſet. Utcunque res cadat, illud tamen certum eſt:
nullum ornamentum Principis ſaſtigio dignius pulchriusque
eſſe, quam illa corona: **OB CHRISTIANOS SERVA-
TOS**: Hujus ambitu ac deſiderio ut Rex Chriſtianiſſimus
teneatur, Orbis Chriſtianus vovet.

Sed Epistolæ modum exceſſiſſe me tandem ſentio, quare ne
longiori lectione rœdium tibi, mi Ludovice, obrepat, ſtylum
inhibeo. Tu, pro humanitate tua erratis ignoſce, & vale.
Dabantur die 7^o. Aug. 1672.


o-
ja-
re
ac
re
on
ci-
ra-
uz
illa
am
d.
uz
li-
ex-

ob.
aus
est
ac
A-
ous

ne
m
le.







the scale towards document

orum exuvia, truncis affixa trophæis
ca, & fractâ de casside buccula pendens,
nanis majora bonis creduntur.
am non esse Gallorum mentem, ut o-
tionem redigant suam, (nec enim conti-
possent, imperiumq; magnitudine labo-
n mole rueret suâ) apparet tamen eos af-
eliquos arbitrium coque collimare ipso-
a, ut nil quicquam nisi ex nutu & ad vo-
Regis Gallia à Principibus geratur Chri-
od an paulò minus servitute sit, alijs ju-
relinquo. Certè periculum inde redun-
nnes omninò spectat, nec vel Religio vel
ut amicitia nexus hic ullum admittit di-
ui est, ex quo vis ac subsidium Religionis
onem translatum, atque Deus & Maje-
ater augendæ dominationis arcana po-
simplicioribus illufum. Sane nec Hi-
c Lotharingos ab insultibus Gallorum
præstare potuit eadem, quam cum ipsis
, religio Catholico-Romana. Fœdera
amicitiæ Gentium quam sint fallaces,
è rumpantur, experientia abunde testa-
s ignorat aurati liminis genium ubi nil
est

C 3